
XX. IX.





De translatione Cadaueris Ser.^mi Alphonsi Regis Aragoniæ V. et Primi Regni Neapolis

D. Michaele Muscettola patritio Neap: Iudice M.C.V. authore





DE TRANSLATIONE REGALIS DEPOSITI CADAVERIS SERENISSIMI REGIS ALPHONSI DE ARAGONIA Primi huius Regni:




HISTORICO-IVRIDICA PROBATIO

PRO EXCELLENTISSIMO

D. PETRO ANTONIO DE ARAGONIA

Eiusdem Regis Gentile, ac huius Regni Neapolis Prorege Peruigili, & suauissimo mo-
Ex Libb: Eustachij deratore. Caraccioli Cl. Reg.



D. MICHAELE MVSETTVLA

Patritio Neapolitano, Iudice M.C. Authore; eiusdem Excellentissimi, & Magni Principis, ac Eminentissimi CARD.LIS D. PASCHALIS DE ARAGONIA Fratris, perpetuo Cliente.



NEAPOLI, M.CD.LXVII.

1 Antiquos pro translatione cadaueris viri Illustris sapè contendisse.
2 Multi Authores tranctantes materiam sepulchrorum recensentur.
3 Sepulturæ electionem cuilibet esse liberam.
4 Ex sacra scriptura constare sepulturæ electionem esse seruandam, quod ex alijs authoribus etiam haberi, & nu. 5. & 6.
7 Reipublicæ interesse obseruantiam vltimarum voluntatum, & legibus ipsis, & multis alijs præferri nu. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.
16 Cadauer religiosum, & sacrum dictum esse, prout locum, vbi sepeliebatur, & nu. 17. 18. 19. 20. & 21.
22 Iniuriarum actione teneri amouentem ossa illata in eius fundo, nec alibi tranferri posse absque licentia Pontificis, & Principis, & nu. 23.
24 Locum, vbi mortui sepeliuntur sacrari ab Episcopo.
25 Neminem sine actione experiri.
26 Actionem transferendi Cadauera esse popularem, cuilibet competentem.
27 Excellentissimum D. Petrum Antonium de Aragonia multiplicem habere actionem pro translatione Regij Cadaueris, & nu. 28.
29 Multiplicia esse sepulchrorum genera.
30 Ecclesiæ S. Mariæ de Pobleto constructores.
31 Sub nomine successorum, aut descendentium, qui veniant nu. 32. & 33.
34 Historias, & inscriptiones sepulturarũ plene probare.
35 Electionem sepulturæ Regis Alphonsi ex eius testamento

ap-

apparere, & nu.36.

37 *Ecclesiam, vbi eligitur sepultura, habere actionem pro translatione Cadaueris.*

38 *Cadauer Regis Alphonsi remansisse in arce lucullana.*

39 *Inhumanum esse mortuos inquietare, & num. 40. 41. 42. & 43.*

44 *Cadauer Regis Alphonsi, expugnata arce Iscla, ab ea per Regem Ferdinãdum fuisse de nouo translatum. nu. 45. 46. & 47.*

48 *Qua occasione, & quo tempore Regium Cadauer Alphonsi fuisse depositum in Ecclesia Sancti Dominici, & nu. 49. 50. & 51.*

52 *Nonnulla Regia Cadauera casu igne contacta.*

53 *Caput Regis Alphonsi fuisse traditum Episcopo Cefalutano à religiosis Ecclesiæ Sancti Dominici.*

54 *Cadauer Caroli Secundi Andegauensis, vti depositum in eadem Ecclesia Sancti Dominici, etiam fuisse ab ijsdem religiosis restitutum libentissime.*

55 *Caput esse nobiliorem corporis partem, & ex illius sola humatione effici locum sacrum, & alia. num. 56. 57. & 58.*

59 *Reliquum Cadaueris, vti capitis accessorium restituẽdum esse; & vti depositum à Rege, illius solum licentia retineri, aut asportari posse nu. 60. & 61.*

62 *Cadauer à loco destinato ad perpetuam sepulturam non posse alibi asportari absque vrgenti causa, cum licentia Pontificis, & Principis.*

63 *Regia testamenta Ioannæ III. & Ioannæ IIII. enunciasse Cadauer Regis Alphonsi fuisse depositum in Ecclesia Sãcti Dominici. & nu. 64.*

65 *Verbum (*commendare*) prolatum in Regijs testamentis explicare depositum, & nu. 66.*

96 Si-

96 *Sepulchra multipliciter dici violata,& præcipuè inferendò cadauer in locum non electum à defuncto. & num 97. & 98.*

99 *Ecclesiam electam à defuncto pro sepultura habere actionem etiam pro reliquo cinerum.*

100 *Supremam voluntatem, nec per Principem mutari posse, & priscorum Gentilium exemplo constare.*

101 *Nec à Pontifice cõcedi facultatem variandi sepulturam, non vrgente legitima causa,& absque consensu Ecclesiæ electæ à defuncto.*

102 *Summos Pontifices solicitos fuisse de voluntate testatoris pro sepultura electa, ad quod sæpiùs monuisse Reges ipsos.*



Est honor, & tumulis animas placare paternas
Grataq; inextructas munera ferre pyras.

Ouid. Fasto. lib. 2.



Vm pientissimam Alphonsi V. Aragonum Regis Gloriosissimi, & primi huius Regni Supremam voluntatem sub obliuionis Cinere pertectam obseruare negligitur; tãdem, nec defecit pietatis scintilla apud pium Principem D. Petrum Antonium de Aragonia eius gentilem, qui magna pietate erga dignissimum Regem ipsius voluntatem perficere conatur, vt augustissimum Cadauer, seù ossa illius, qui insigni pietate erga mortuos refulsit, post duos, & vltra secula peracta, Regio decore ingentilitia Aragonensium Celebri Ecclesia Sanctæ Mariæ de Populeto; vt par est, ad perpetuò conquiescendum transmittãtur, in quò proprio ære, & industria incessanter studet. Ob similem erga mortuorum reliquias obseruãtiam, generosæ, ac Regiæ Aragonensis prosapiæ dignum germen verè sè demõstrando: quod & priscis temporibus ser-

uatum teſtatur propertius.

Omnia poſt Cineres finxit maiora vetuſtas
Maius ab exequijs nomen in ora venit.

At nos, vt tanti Principis prætioſis mandatis obſequentes ſimus, nonnullos hiſtoriarum ex prioribus monumentis Floſculos noſtra legali ſcientia etiam Cultos, non incurioſè ſacris, Regijſque oſſibus dabimus.

Scitum eſt enim in facto; ex diſpoſitione Clariſſimi Regis Alphonſi Neapolis vita functi in arce lucullana, pro eius Cadaueris humatione electam fuiſſe ſupradictam Celeberrimam, ac antiquiſſimam Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Populeto Principatus Cathaloniæ, vbi omnes Aragonum Reges ſepelliri conſueuere. Ideòque iuſſit, vt quouſque prò temporis opportunitate eius Cadauer in auitum ſepulchrum non transferretur, prò depoſito in Eccleſia Diui Petri Martiris noſtræ Ciuitatis permaneret; quamuis poſtmodum varijs temporũ agitationibus nunc in noſtra Eccleſia Diui Dominici reperiatur; Cuius Cœnobij religioſi, tam Egregij, Glorioſiq; Regis oſſa reſtituere maximo conſenſu denegando perſiſtunt; ne

tanto

tanto honore ſpolientur, pròut antiquitus de illuſtrium virorum Cineribus traſportandis, non ſemel contentio fuit.iuxta illud relatum ab Aulo Gellio, [1] & quidem fatale fuit, vt huius excelſiſſimi Regis, qui viuens ſupra humanos mores glorioſe continuò sè geſſit, nec poſt mortem venerabile Cadauer ſub humo, ſic facilè obruatur; vel vt multæ Regiones ad Gloriam propenſæ Illuſtre ſepulchrũ illi præſtare auidè certent; ſed ad contrariorum prætenſionem eruendam infraſcripta facilè, lucidèque proponũtur.

Ad rem itaq; deueniendo; ex innumeris authoribus de funeralium, aut ſepulchrorum materia, ſiuè incidenter, ſiuè principaliter tractantibus, [2] quæ de electione ſepulturæ, & translatione Regij Cadaueris iuridico, politico appoſita sũt ſeligemus. Cum iam ex hiſtoricis, alijſq; publicis documentis venerandum Regis Alfonſi Cadauer, seù eius oſſa in noſtra Eccleſia Sancti Dominici prò depoſito permanere compertum ſit. Quod & per inſpectionis euidentiam, & per alias indubias probationes iudubiè ſuaſum eſt, etiam quòad ipſius identitatem.

1 *lib. 15. noctium Atticarum cap. 20.*

2 *relatis à Lauorio variar. lucubrat. tit. 2. de priſco, & recenti funere c. 1. nu. 2. & 3. Io. Bapt. Aſin. in tota repe. de relig. & ſumpt. funerum, Sebaſt. Medic. in tract. de ſepult. Samuel in eod. tract. Bulſ. in eo. tract Gugliel. de Benedict. in cap. Raynutius de teſtam Caſſan. in catal. glor. mũdi, Alex. ab Alex. dierũ genial. Cam. Berrell. in duab. ſuis deciſ. Iuſtus lipſius in ſaturnalibus, Panuinius de Republ. Reg. Tappia in 7. tom. iuris Regni Iacob. Guther de ritib. fun. nouiſ. ac latiſſimè Petrus de Murga Monach Benedict. hiſpan. in diſquiſition. canonicis, & moralib. t. 1. tract 3. de ſepult. & eius loco: vbi de varijs ſepulturæ nominibus.*

Sepulturæ enim electio, cuilibet competit [3] quò fit, vt ad sepulturam electam quis sepeliri debeat; etiam si sit extra Parochiam, vel in longinquis partibus, & hoc tàm Canonico, quàm Ciu. Iur. desumptũ etiã ex sacris folijs; [4] nã cũ Moyses ex Egypto exiret, ossa Iosephi secum tulit, sicut ipse præcepit, & ipsummet Iosephum [5] transtulisse iuxta paternũ præceptum ossa Iacob patris sui. Cuius verba sic describuntur (*Si inueni gratiam in cõspectũ uestro loquimini in auribus Pharaonis, eo quòd pater meus adiurauerit, me dicẽs: En morior in sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam patrem meum, ac reuertar: Dixitque ei Pharao ascende, & sepeli patrem tuum, sicut ad iuratus es, quò ascendente ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cuntiq; maiores natu Terræ AEgipti domus Iosephrum fratribus suis absque paruulis, & gregibus atque armentis, quæ reliquerunt in terrá Gessen. Habuit quoque in Comitatu Currus, & equites, & facta est turba non modica. Veneruntq; ad aeram Arad. quæ sita est trans Iordanem, vbi celebrantes exequias plantù magno, atque vehementi* im-

3 *cap. fraternitatem, cap. cum liberum cap. cum nostra cap. nos instituta de sepult. vbi omnes Can. Lezana in summ. in ver. sepultura n. 10. fragos: de reg. Reip. p. 5. disp. 8. § 17. eo. tit. nu. 530. Spin. de test. glos. 2. tit. de elect. sepult. Lauor. vbi sup. nu. 118. Samuel. de sepult. tract. 1. concl. 5. cõtrou. 2. & nonnulli post Guglie. de Benedict. & Cassa. traditi per Spin. de test. gl. 2. in princip. Ventriglia in praxi notabili 52. de electio. sepultura §. vnico latissimè Murga. tract. 7. disquisio. 6. concl. 105. fol. 264.*

4 *Exod. cap. 13. & cap. 50. cap. ebron. 13. q. 2.*

5 *Genes. cap. 47. & C. 13. q. 2.*

impleuerunt ſeptem dies) & proſequitur (*& portantes eum in terrram Chanaam ſepelierunt eum in ſpelunca duplici , quam emerat Abraham cum Agro in poſſeſſionem ſepulchri ab Ephron Heteo , contra faciem Mambræ*. [6] Hinc leges toto conatu defunctorum poſtremas voluntates ſeruãdas feruenter iuſſerunt [7] vti res multum ponderis habẽs prò Republica [8] nè pietatis leges violentur , [9] & Ciuilis Sapiẽtia non tàm viuentium , quàm decedentium voluntatibus prouidere curauit ; [10]. ordinando , vt ipſæ leges à teſtatorum placitis integram normam haberent, illorumque diſpoſitis pluſquam legũ præceptis deferretur [11] impium enim eſſet mortuorum iuſſionibus non obtemperare, quorum arbitrium , cum ipſiſmet defunctis in æterno ſepulchro remanet, [12] eoſque eſſet maxima afficere iniuria, quod valdè ſuo æuo increpauit Inſtinianus. [13] Denique cæteris poſt habitis, teſtatoris voluntas etiam libertatis fauori anteferẽda eſt.[14] Et hoc magis in eius humando cadauere ſeruari debet, nulla de cõtrarijs habita ratione pròut dixit Spin: [15] hiſcè verbis nempè) *ex qua ſententia ſic conſtituta, infertur primo quod ſi teſtator*

in

6 *vt tradit Caſſan. in cathal. glor. mundi p. 2. conſ. 5. col. 3. Monac. ſuper Cod. l. 3. C. de relig. & ſumpt. fun. Gugliel. de Benedict. in cãp. Raynutius par. 2. in verbo mortuo itaq; teſtatore il primo nu. 68. Lauor. loc. cit. n. 118. Samuel. de ſepult. tract. 1. controuerſ. 2. n. 11. Murgæ to. 1. tract. 50. diſquiſ. 1. & 29.*

7 *l. 1. Cod. de ſacroſ. Eccl. §. diſponat. auth. de nupt. cum mille vulgatis.*

8 *l. 3. §. ſeruari ff. de ſepult. viol cap. vlt. volunt. 13. q. 2.*

9 *l. contra voluntatẽ C. de teſtam. manumiſ.*

10 *§. fin. auth. de hered. & falcid.*

11 *l. filio ff. vt legatorum nom. caueatur.*

12 *d. l. 1. C. de ſac. Ec.*

13 *l. & quia ff. de interrog. act. l. vel negare ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur.*

14 *§. licet quibus ex cauſ. manum. non licet l. ſi ſeruus legatus §. ſeruus alienus de leg. primo.*

15 *Spin. de teſt. glo. 2. n. 8. hanc sandè opin. probans Vaſq. de ſucc. lib 1. §. 7. n. 10. Aloyſ. de Leo ſup. l. 1. C. de relig & ſumpt. fun. n. 8. & 9.*

in testamento praecepit, vt postquam corpus suum sepulturae traditum esset, à tempore illius funeris vsque ad vnum annum Corpus suum transferatur, & reportetur in aliam sepulturam, vel locum, est parendum huic voluntati, alias haeredes incurrent paenam à testatore impositam, si id facere neglexerint, vel non curauerint, cum vltima testatoris voluntas in omnibus debeat seruari, vt diximus.

Et tã maximè electioni sepulturę, & Cadaueris translationi leges fauent; vt ipsũ Cadauer religiosum, aut Sacrum priscis temporibus appellatum sit, & vti sacrum venerari, tum apud Historicos, & apud ipsosmet Canonistas traditum est, [16] Et locos per mortui illationem sacros religiososque fieri omnibus notum est, [17] Quod eatenus procedit, vt etiam communi fundo ab vno inuitis caeteris Dominis illatũ Cadauer adhuc locũ illũ religiosum efficiat. [18] Quinimò, & quae bustis, & sepulchris adherent religiosa efficiuntur, [19] ob id quia mortuorum aedes plus iuris, & venerationis habent, quam viuentium domus. Imò plusquam Curia, plusquam forum, plusquam senaculum,

Cae-

16 *Plutarc. in numa, Plinius lib. 2. hist. Panormitan. in cap. cum liberum de sepult. per hac verba* (quia Corpus defuncti sit quid religiosum.)

17 *l. cum in diuersis ff. de relig. & sumpt fun. l. fin. ff de mortuo inferendo l. quid ergo §. sed si mortuum de leg 1. l. pergit Cod. de sepulcro viol. §. religiosum vbi Accur. instit. de rer. diuis. Afin in l. si locus 34. & in l. 2. §. sepulchrum, & in l. cum loca de religiosis, & sumptib. funer.*

18 *l. in tantum §. relìligiosum ff. de rer. diu.*

19 *l quae religiosis 44. ff. de reivendic.*

Cæteraque publica loca; deniquè plusquam regia, & basilica.[20] Religiosus.n. locus dicitur, quod maiestate, & veneratione plenus interpetratur, & ab ipsis, sepulchris olim templa originem duxerunt.[21] Et quamuis intrusor alieni Agri iure optimo à Domino eijciatur,[22] mortuorũ vero ossa, alieno illata fũdo, amouẽdo iniuriarũ actione tenebitur; & si alibi ossa transferre, eademque honorificè humari, quis voluerit non permittitur, nisi magnis cum cærimonijs, & sollemnitate, accedente Pontificis, & Principis licentia.[23] Quod antiquitus procedebat de Iure Ciuili, antequam Cadauera in Ecclesijs sepeliebantur; Sed hodie fortius procedit, dum in eis sepeliuntur, quò casù, tàm Cadauer, quàm locus, sacrantur per Episcopi Consecrationem, ideòque hodie omnia sepulchra sunt religiosa.[24] Hoc posito sepulchrum, ac ipsum Cadauer esse, siuè sacra, siuè religiosa. Tria obijciuntur per Religiosos dictæ nostræ Ecclesiæ Diui Dominici, vbi regia ossa seruantur.

Primo, namque non adesse personam legitimam ad actionem exercendam, seù

ad

20 *l. seruitutes §. fin. vbi Accurs. in verbo impedio l. 2. ff. de seru.*

21 *Aulus Gellius noct. Attic. lib. 4. cap. 9.*

22 *vt ex Euxebio, & Lactantio, Lucretius de reb. natural. in fin.*

23 *l. quemadmodum §. 1. vers. aliud ff. ad leg. aquil. l. 3. §. cum qui ff. de vi, & vi armata cum alijs concor.*

24 *l. ossa ff. de relig. & sumpt. funer. l. nemo C. eod. tit. Cicero de legib. lib. 3. Plin. epist. 71. lib. 10. & quod vera sint religiosa, tàm corpus, quàm sepulchrum habetur in d. l. quæ religiosis ff. de reiuend. l. inuito de relig. & sump. fun. Molina de primog. lib. 1. c. 24. n. 38. Sebast. Medicis de sepult. qu. 19. Gugliel. de Bened. in d. cap. Raynutius in verbo mortuo, itaq; testatore il 2. n. 68. in fin. Alex. ab Alex. lib. 6. dierum genialium cap. 14. lit. X. Fragos. de regimine reipub. tom. 3 disp. 8. §. 17. nu. 539.*

ad petendam Cadaueris translationem.

Secundò hoc ius translationem petẽdi esse præscriptum longissimo temporis interstitio.

Tertio ipsos muniri iusto possessionis titulo, ad retinendum Cadauer, quia in anno 1593. tempore Præsidatus Comitis Mirandæ, cum fuerint ossa, vel ipsarum reliquiæ in Archa in alto reposita, tunc ordine felicis memoriæ Philippi Secundi fuisse traditum Cadauer dictæ Ecclesiæ ad perpetuam sepulturam.

Quibus omnibus singulis breuiter, tàm ex historijs, quàm Iuribus satisfaciendo: dicimus vulgatum esse, neminem sinè actione experiri posse, [25] sed in Thesi nostra plures agendi viæ parantur, & illa præcipuè omnibus in prõptu patet; actionis scilicet transferendi Cadauer, ac violati sepulchri, quæ est Popularis tamquam cuilibet de Populo competens. [26] Sed distinctè discurrendo, dicimus triplicem competere actionem ad petendam dictam translationem.

Primo enim agit Excellentiss. Dominus ex propria persona tanquam descendens ex Augustissima Regum Aragonensium.

pro-

25 l. si quid possessor §. sicut ff. de pet hared. l. si pupilli §. videamus ff. de negot. gestis l. quoties §. si temporali ff. de administr. tutor. cum concordantib.

26 l. 3. §. si nemo ff. de sepulchro viol. l. pro harede §. fin. de acquir. hæredit.

progenie, [27] & vti hodiernus patronus Ecclesiæ Diuæ Mariæ de Pobleto sitæ in Principatu Cathaloniæ, Constructæ à Clarissimo Raymundo Decimo Comite Barcinonæ, & Completæ ab Alphonso II. de Aragonia ad sepulturam, tàm ipsorum, quàm eius successorum, & descendẽtium. [28] Hinc cum Excell. Dominus sit de dictis descendentibus &, vt legitimam actionẽ habeat petendi Cadaueris translationem, (ne à materia egrediamur) opere prætium est, distinguere; tria esse sepulchrorum genera, nempè familiaria, hæreditaria, & maiorum, in quibus sepulturis sepeliuntur hi, qui quamuis sepulturam non elexerint, sunt tamen hæredes, vel successores, vel de familia; [29] quò fit, vt cum prædictum sepulchrum, ac prædicta Ecclesia construi incæpta à dicto Comite Barcinonæ, & perfecta à Serenissimò Alphonso Secundo de Aragonia eius filio sint prò sepultura ipsorũ, eorumque descendentium, vt ex præcitatis hystorijs. [30] Sub nomine successorũ, & descendentium omnes in infinitum veniunt. [31] Et quando generaliter locutum est, etiam compræhenduntur descẽ-

B den-

27 *Sebastian. Isquierdo de descendent. Domus de Aragona.*

28 *Illescas in hist. Pontifical. lib. 5. c. vlt. de origin. Reg. Hispan. fol. mihi 275. nu. 6. & 7. Marian. lib. 1. cap. 19. Zurita lib. tom. 1. ann. lib. 2. cap. 47. fol. mihi 78. cit. Illescas num. 6.* y sepultose en el monasterio de Pobler (que le edifico el para su sepultura) *& inferius n. 6.*) el monasterio de Poblet en Catalunna e sobra d' este reij, y sepultura suya y de sus descendentes aunque como accabo de deçir, otros dizen que el fundo su padre, y puede ser que el padre se comẽçasse y el hijo le pusiesse en perfecion (*Mariana vbi supra his verbis*) A' Don Fernãdo el menor de todos mando que en el monasterio de Poblete del Cistei que su, padre comenco, y el le dexo àcabado, y esta puosto entre Tarragona y leryda, en que pensaua hazer el enterramiento suyo, y de sus successores &c.

29 *l. Ius familiarũ 8. C. de relig. & sumpt. funer. l. vel pater ff. eod. lo.*

dentes ex fæminis.[31] & ſucceſſores in infinitum, & maximè cum ſucceſſores ſanguinis ſint filij, & deſcendentes.[33] de cuius diſpoſitione dubitari non contingit ex prædictis hiſtorijs, & Chroniſtis, quod Eccleſia, & ſepultura prò ſucceſſoribus, & deſcendentibus ipſorum Regũ fũdatæ ſint, quibus plena fides præſtatur, etiam in iudicando, prò vt etiam marmoribus, & in ſcriptionibus ſepulturarum, & tantæ vis eſt ex prædictis probatio; vt aduerſus eã nulla probatio in contrariũ admittatur.[34] ideoque inconcuſſum remanet legitimè, & omni actione per Excellentiſſimos Ducem Cardone, eiuſquè fratres translationem peti poſſe.

Proponitur etiam ſecundo loco actio ab Excellentiſſimo Domino, vti Procuratore prædicti Monaſterij, ſiuè Eccleſiæ Diuæ Mariæ de Pobleto, non ſolum Iure proprio, vti ſeruatrix Cadauerum prædictorum Sereniſſimorum Regum, ſed etiã quia ibi ſepultura nominatim fuit electa, vt clarè inſpicitur ex Sereniſſimi Regis Alphonſi teſtamento, cuius verba hæc traſcribere curantur, vt inſpiciatur maximum pietatis, ac humilitatis exemplũ, dum

Io. Bapt. Aſin. loc. ſupr. cit. vbi large hanc materiam tractat.

Hereditaria habetur in l. ius ſepulcri C. de relig. & ſumpt. funer. & in l. pater ff. eod. vbi Io: Baptiſta Aſinius latè materiã pertractans.

Maiorum ſunt vbi fuit ſepultus pater Auus, vel Proauus Molina de primog. lib. 1. cap. 24. nu. 41. ex cap. 1. de ſepult. Spino de teſt. loc. ſepius allegato n 38. Fragos loc. ſupra alleg. nu. 133. Zecchius de repub. tit. de Paracho cap. 28. n. 17. verſ fallit Barb. ſupr. d. leg. Ius familiarium, & ius ſepulcrum, Lanor. vbi ſupra.

Latiſſimè Murga d. tom. 1. tract. 8. diſp. 1. & ſequentibus.

30 *Illeſcas Marianna loc ſup. cit. Zurita quorum verba ſup. tranſcripſimus.*

31 *l. fin. C. de ſuis, & leg. hered. vbi auth. ſequent. auth. de hered. ab inteſtato venient.*

32 *Ruin. conſ. 49. n. 3. lib. 1. & conſ. 120. n. 8. eod. lib. Socc. Iun. conſ. 2. nu. 11 lib. 3. Tiraqu. de primog. quæſt. 13 n. 2 Pariſ. conſ. 40. cum ſeq. lib. 3. quod procedit etiã appellatione ſucceſſorũ, quia tunc veniunt*

dũ voluit nuda in Terra humari cuius verba ità ſonant.[35] *Statuimus, & ordinamus quod ſi ex hac infirmitate, qua prò nunc grauamur, vel alia infuturum in hoc noſtro Regno Siciliæ Citrafarum ab hac vita migrare cõtingerit Corpus noſtrum in depoſitum commendetur Priori, & Conuentui Monaſterij S. Petri Martiris Ordinis Beati Dominici noſtræ Ciuitatis Neapolis, & ponatur in Cappella Maioris Eccleſiæ dicti Monaſterij per noſtros manumiſſores prædictos, quiquidem noſtri manumiſſores, quam citius facere poterint, illud transferri faciant ad Monaſterium B. Mariæ de Populeto dicti Ordinis Ciſtercienſis in Principatù noſtro Cathaloniæ, in quo Corpora Sereniſsimorum Domini Ferdinandi genitoris, ac aliorum prædeceſſorum noſtrorum Regum tumulata habẽtur, & in ingreſſu Eccleſiæ dicti Monaſterij in nuda terra ſepeliri, & ad ſalutem animæ noſtræ poſita ſint in humilitatis ad exemplum*) de qua diſpoſitione, vti notiſſima omnes hiſtorici, tàm Neapolitani, quàm Hyſpani cõueniũt pro dicta ſepulturę electione:[36] ideo Monaſterium prædictum, vbi fuit electa ſepultura, legitimam actionem Cadaueris translationem petendi ha-

niunt omnes in infinitũ, Menoch. conſ. 1098. num. 25.

33 l. cũ acutiſſimè C. de fideicomm. Socc. ſenior. conſ. 149. nu 12. lib. 2. & conſ. 26. nu. 4. lib. 4. Menoch. de præſumpt. l. 4. præſump. 89. nu. 57.

34 Lara de Cappell. & Anniuerſ. l. 1. cap. 25. nu. 32. poſt infinitas Dulph. de ſepulturis cap. 16. nu. 12. 13. Gratian. cap. 893. n 6. 7. 8.

35 verba teſtamenti.

36 Iouian. Pontan. de bello Neap. lib. 2. Angol. de Conſtant. lib. 19 hiſt Neap Chioccarell. in tract. de Epiſ. & Archiepiſ. Neap. an. 1458 ex hiſpan. Zurita annal. Aragon. tom. 4. lib. 16. cap. 47 Marianna lib. 22. cap. 8. Gariba 1. par. 4. lib. 32. cap. 28.

bet, ipsique specialiter competit, prout aperte disponunt iura Canonica. [37]

At igitur tertio loco, & postremo ordine Cattholici nostri Regis Caroli Secundi, ac Serenissimi eius Tutricis, qui tamquam de descendentibus, & successoribus omniũ Hispaniæ regnorum licito iure translationem Cadaueris peti possunt.

37 Cap. ex parte, & cũ liberum 5. & 6. de sepult. vbi Abb. Panorm. sum Siluestrin. 2. part. verbo sepultura n. 11. & omnes DD. & summistæ in d. tit.

Ad secundam oppositionem scilicet esse præscriptam actionem prædictam, vltra duorum seculorum longissimũ decursum: euidenter probamus, facileque demonstramus: nullum legitimum tempus fuisse decursum, & quatenus aliquod temporis spatium sit elapsum; nullam fuisse inductam præscriptionem: si quidem ex facto apparet, non adesse tempus necessarium dilapsum; cum ex testamento, & historicis supra cit. vltimus dies quamuis clausus fuerit ab Alphonso in anno 1458. in Arce Lucullana eius Cadaueris tamen translatio non fuit statim iuxta dispositionem exequuta ob bellum superuentum in nostro Regno: & Regiũ Cadauer in eadem Lucullana Arce conditum permansit, vbi ad instar prætiosis-

ſiſſimi theſauri meritò cudodiẽdum erat; Ioannes Iungeſius Cathalanus, cuius cuſtodiæ Caſtrum ab ipſo Alphonſo fuerat traditum pecunia à Ioanne Andegauenſium Lorenæ Duce, qui ad regnum contra Ferdinandum Filium feſtinabat, miſere corruptus, fidelitatis immemor Caſtrum impiè dicto Io: Audegauenſi manumiſit anno 1461. vbi Regium Cadauer conditum erat.[38] poſt modum Ioannes Toreglia, fellonia adſcitus erga Ferdinandum Regem ſuum, Lucullana Arce deuaſtata, inter alia Illuſtre Cadauer inreligioſa temeritate ſurripuit, illud ad Iſclæ Caſtrum traſmittendo.[39] impiè quidem factum; defunctorum quietem perturbando, quod nemini licet immemor illud Virgilij.[40]

Quid miſerum Aenea laceras? iam parce ſepulto
Parce pias ſcelerare manus. nõ me tibi Troia
Externum tulit.

Ex lib. 11. Æneid.

Nullum cũ uictis certamen, & æthere caſſis.

& Ouidij[41]

Paſcitur in viuis liuor poſt fata quieſcit.

Et Etruſcus Poeta noſter Torquatus.[42]

Per-

38 Iouian. Pontan. loc. cit. fol. 280. àt.

39 Pontan. loc. cit. fol. 281. Summonte par. 3. lib. 5. fol. 153. Zurita tom. 4. lib. 17. cap. 46.

40 Virg. lib. 3. Aeneid.

41 Ouid. lib. 1. Elegiarum.

42 Torquatus Taſſus ſtantia 39. canto 13. Idem loco cit. ſtantia 42.

Perdona al'alme homai di luce priue
Non dee guerra, co' morti hauer chi viue.

& alibi.

Dopò la morte gli auersarij tuoi,
Crudel, nè lor sepolcri offender vuoi?

Et siquidem memorandum fuit illud Eraclei; dum Epifania in defunctæ funus per fenestram expuisset, ordine paterno viua concremata fuit.[43]

Verum (vt reuertamur vnde egressi sumus) etsi depresa fuerit audacia eiusdem Ioannis Toreglia, deuicto Carolo Toreglia eius germano fratre Equite Hierosolymino, ac in captiuitatem reductis filio Ioannis, & ipso Carolo.[44] Attamen Isclæ arx, vbi custodiebatur Cadauer inexpugnata permansit. Tandem Rex Ferdinandus pecunia dictam arcē expugnare proposuit, pròut euenit, corrupto Carolo Toreglia, qui accepta oblata pecunia ad Siciliæ insulam redijt, arcem, & Regium Cadauer in illa conditum Regi Ferdinando dimittēdo,[45] die 15. Iulij 1465.[46] & iam expleta in omnibus victoria, Rex Ferdinandus, statim Regium Cadauer in Lucullana arce reposuit; quod Pontanus proprijs oculis vidis-

43 *Petrus de Gregor. sintagmata Iuris lib. 38. cap. 5.*

44 *Pontan. lib. 6. fol. 312. Roseus in Comp. Regni Neap. lib. 7. fol. 314 Summonte par. 3. lib. 5. fol. 391.*

45 *Pontan & alij in cit locis.*

46 *Zurita lib. 18. cap. cap. 6. tom. 4.*

vidisse profitetur;[47] Sicquè constat vsq; ad annum 1465. Regium Cadauer numquam fuisse in dicta Ecclesia Sancti Dominici; Sed de illius translatione in dicta Ecclesia mentionem habemus, ex historicis testantibus, Regem Ferdinãdum Primum die 25. Ianuarij 1494. suum vltimum clausisse diem,[48] & Alphonsum filium dicto nomine, Secundum magno sumptu ipsum funerari curauisse, pro quò tàm apud historicos, quàm apud iuristas; ducatos ferè decem, & septem millia fuisse impensos fertur.[49] Et habetur etiã ex Cassaneo authore Gallo.[50] & sic regia verè pompa in Ecclesia Diui Dominici fuit prò deposito Regium Cadauer relictum, vt Zurita,[51] qui Neapolitani Regni notitias præcæteris habuit, hæc verba tradit (*Fue depositado el Cuorpo del Rey*) loquendo de Ferdinando Primo (*en el Monasterio di Santo Domingo de Napoles u' donde el del Rey D. Alfonso suo Padre se mudo dal Castillo del Ouo, en el qual estuuo mucho tiempo.*) ex quò supponitur dictam translationem fuisse in dicto anno 1494. quò occasione sepulturæ dicti Regis Ferdinandi Cadaueris, fuit etiam

47 Pontan. lib. 2. de bello Neap.

48 Iulianus Passarus in eius diarijs M.S. Ritius de Regibus lib. 4. fol. 199. Summonte p. 3. lib. 5. Tristan. Caracciol. de funere Regis Alphonsi.

49 Pontan. in lib. de magnificentia in cap. de donatiuis, ac de funeribus.

50 Cassaneus in Catalogo glor. mundi consider. 6. p. 2. fol. 87. 2. vol. in fine.

51 Zurita tom. 5. lib. 1. cap. 27.

etiam translatum dictum Regis Alphonsi Cadauer; & sic habemus præcisum tẽpus, quò prætendunt dicti PP. Diui Dominici præscriptionem fuisse inchoatã, sed ex eiusdem historiæ traditione præcisè probatum habemus; fuisse loco depositi Cadauer translatum : quibus historicis plenè credendum esse supra productum fuit; Nec agitatum tanti Regis Cadauer, tunc quieuit, cum duodecim post annos omnia Regia Cadauera aduerso casù incendio subiecta fuere, die 21. Decembris anni 1506.[52] post modũ in anno 1510. honorandum Regis prædicti caput fuit traditum Episcopo Cephalutani, qui per priùs fuit eiusdẽ religionis Dominicanæ, vt asportaret Ioanni de Lanuza Siciliæ tunc temporis Proregi, ordine Ferdinandi Regis Catholici ob memoriam, tàm excellentis, ac famosi Principis, vt vtar verbis Zuritæ,[53] cuius verba sunt hæc (*puesto que la cabeca la lleuo al obispo de Cefalù à Sicilia : y procuro el Rey, que la vuiese à su poder Iuan de la Nuca, quando fue embiado por Virey en à quel Reyno, y se la embiase en memoria de vn tan excellente, y famoso Principe*) quod tẽpore

52 *Tristan. Caracciol. de varietate furtune à D*[redacted] *Camillo Tuttino traducto Italico idiomate Iulian. Passar in eius diarijs.*

53 *tom. 5. lib. 10. c. 17.*

pore euenisse non potest dubitari; dum eodem tempore residebat Neapol. dictus Episcopus, ex commissione prædicti Regis Ferdinandi Catholici, [54] & etiam scitur eosdem religiosos de anno 1309. agnoscendo bonam fidem, procliuissimè depositum apud eos Cadaueris Regis, Caroli Secundi Andegauensis restituisse ad transferendum in Ecclesiam pro sepultura electã Galliæ Narbonensis: prout ex historijs fertur. Hinc obseruandum est non potuisse dictos PP. Sancti Dominici Regij Capitis traditionem prædicto Episcopo denegare; quia erant simplices depositarij; quò casù nullam dari fauore depositarij præscriptionem, vt inferius non inculte probabimus n. 85. & etiam cũ caput sit præcipua pars corporis cæterorum membrorum dignissimum. [55] residens ad instar arcis in toto corpore, ita vt Platonici rationalem animæ sedem nuncuparunt. [56] maiorem atquè potissimam corporis partem constituens, ex ipsius soli humatione religiosus euadit locus, [57] & caput occisi si reperiatur in vno loco, & restãs cadaueris in alio diuerso, præualet iurisdictio Domini il-

54 Zurita tom. 6. lib. 9. cap. 26. & de simili traditione cadaueris Caroli Secundi Andegauẽsis, legitur in marmore in Ecclesia Sancti Dominici, vt etiam refertur à Summonte in eius hist. lib. 3. fol. 364.

55 Celius Rodiginus lib. 3 nar. lect. cap. 23.

56 Asinius de religios. & sumpt funer. l. cum in diuersis nu. 2. & 6. Baronius de Corpore c. 4. nu 43.

57 d. l. cum in diuersis ff. vt sup. cit. Lauorius cap. 7. nu. 9 & 10.

C lius

lius loci, vbi caput remansit ad puniendum delictum: [58] ideoque probatur ex hoc, quod, & si non esset verè depositum dictos PP. Sancti Dominici iam fuisse constitutos in aperta malafide agnoscēdo; cui ius super Regio Cadauere spectabat; tradendo caput, vti pars principalis ex restanti corpore; ex qua manifesta mala fide, omnis præscriptio perpetuo prohibetur; maximè de iure Canonico; cui dicti religiosi Sancti Dominici subijciuntur vulgatis iuribus. etiam inferius probabimus nu. 57. cum seq. ità vt cum reliquum Cadaueris, illiusque reliquiæ sint quasi accessorium ad caput, eadem facilitate, & iustitia eiusdem Serenissimi Regis Alphonsi gentilibus sunt consignandæ tamquam accessoriæ sequentes [59] caput; etiam si accessorium esset dignius principali; [60] quod caput, aut Cadauer, vti depositum à Rege. Solum illius licentia potest transferri. [61] perpetuè vero sepulturæ semel traditum non potest asportari sinè licentia Principis, ac Summi Pontificis, & ex magna causa. [62] Quò fit, vt dum prædictus Episcopus absque vlla contradictione caput alibi

58 Bartholom. de Capua in sing. 39. Iseruia in cōstit. Regni, si damna, in verbo, iuxta probata inquisitionis, vers. sed si medietas.

59 regula cap accessorium de regul. iuris in 6. l. etiam C. de iure dotium cap. prudentiam §. si autem de off. deleg.

60 l. etsi non sint §. perueniamus ff. de auro: & argento legato §. si tamen alienā purpuram, & §. litera instit. de rerum diuisione. cū similibus

61 l. si nec dum, & nemo humanum C. de relig. & sumpt. funer.

62 l. 1. C. de relig. & sumpt. funer. & l. essa ff. eod. Venerus in examine Episcoporum lib. cap. 30. nu. 24.

alibi tranſtulit ordine prædicti Regis, quod ſemper prò depoſito pęnes dictos PP. reliquum Cadaueris remanſerit, & præſcriptio incipere non potuit, niſi ab anno 1510. clarè patet; & quæuis præſcriptio fortè inchoata formaliter interrupta remaneret, dum in anno 1517. Regina Ioanna Tertia Alphonſi ſanguine coniuncta in eius teſtamento ſcripto ſub die 7. Ianuarij 1517. transferri mandat Regia Cadauera ab Eccleſia Diui Dominici, vbi erant commendata, in Eccleſiam Sãcti Nominis Ieſus Monialium noſtræ Ciuitatis, cuius teſtamenti verba ſunt hæc (*E perche non è conueniente, che li Corpi delli Sereniſsimi Rè d'Aragona ſtiano ſenza honoreuole e proprio luoco ſepolti, volemo, che delli detti docati dodici milia, anche ſe n'edifichi vn ſepolcrò di marmori nella Tribuna di detta Chieſa, doue ſiano ſepolti, e collocati li Corpi delli predetti Rè, cioè, della felice mem. del Rè Alfonſo Primo, Rè Fernando, Rè Alfonſo Secondo, e Rè Fernando Secondo, quali corpi ſono commendati in S. Domenico di Napoli,*) [63] & idem confirfirmatur in teſtamento Reginæ Ioannæ Quartæ filiæ prædictæ Ioannæ Tertiæ

63 *in teſtam. Reginæ Ioannæ Tertiæ pęnes R. Monial. Diuæ Mariæ Ieſus, Summonte par. 4. lib. 6. cap. 8.*

con-

condito in anno 1518. cuius verba ità leguntur) *lasciò il suo Corpo sia sepelito nel Chiesa di Santa Maria del Giesù nouiter edificato in questa Città, vna con l'altri Corpi Reali sono à S. Domenico delli Signori Rè suo Patre, e Marito, e fine à tanto detta Ecclesia sarà complita, e si farà detta translatione di corpi ordina, vuole, e comanda, che che lo Corpo suo sia sepelito e depositato in detta Ecclesia del Giesù, vt supra &c.*)[64] Ex quibus enixis dispositionibus, seù attestationibus prædictarum duarum Reginarum, quarum prima fuit Ioanna Tertia Regis Catholici soror, ac Regis Alphonsi nurus, vti fuit vxor Ferdinandi Primi, ac socrus Ferdinandi Secundi eius priuigni, ac Regis Ferdinandi Filij, ac Ioanna Quarta filia prædictæ Ioannæ Tertiæ, sic prædictis Regibus coniunctæ, apparent prædicta Cadauera, inter quæ adest illud Regis Alphonsi, fuisse in dicta Regali Ecclesia commendata; quò verbo (*commendare*) vtuntur, tàm historici, quàm prædictæ Reginæ, quod sanè verbum depositum significat,[65] & res cõmendatæ depositæ dicuntur.[66] & prò rè deposita, vel non potest dari præscrip-tio

64 *in testam. Reginæ Ioannæ Quartę, panes idem monasterium manu notarij Gregorij Russo anno 1518. Summonte loc. sup. allegat.*

65 *l. commendari* 168. *ff. de verb. oblig. l. Lucius* 14. *ff. de deposito.*
66 *l. publica* 26 *ff. depositi, & l. cum haeredetas C. eod.*

tio,vel quatenus ex impossibili daretur; inchoare non potuit nisi ab anno 1518.

Iterum esset interrupta præscriptio, (si talis præscriptio,hoc casù posset considerari) nam in anno 1593. quò nostri Regni clauum tenebat Illustr. Comes Mirandæ,monitus à Regio Fisco, Regiæ Cameræ,quod regalia sepulchra existentia in dicta Ecclesia Sancti Dominici erant in humiliori loco, & indecentius collocata; quàm aliorum Baronum sepulchra inibi existentia, imò propè collapsa,& continuo ex pluuijs madefacta, & de tali necessitate consultus dictus Pro rex annuit, vt per Regiam Cameram Fiscalis ærarij expensis ab ipsa Ecclesia in eiusdem sacrarium Regia Cadauera trāsferentur; tamquam in locū decentiorē, ab alijs segregatū in nobilibus feretris acclusa, vbi adhuc in præsenti deposita inspiciuntur,[67] quòd omne consulto tantum prorege per Regiam Cameram cōfectum publicæ scripturæ nobis probāt: & nō euenisse de ordine Inuictissimi Regis Filippi Secundi, proùt errore lapsus in hoc,narrauit quidam author,[68] non inspectis dictis scripturis in Archiuio Regiæ

giæ

67 *vt legitur in vol. diuersar.consultat.Regia Cam. anni 1593. fol.106.*

68 *Summonte 3.p.lib. 5.fol.227.*

giæ Cameræ repertis die 9. Martij 1594. Quæ Cadauera tamquam depoſita erant ad Proregis nutum amouibilia, & ad eiuſdem libitum poterant transferri; quibus non incurioſe, & opportunè addendum cenſemus: quod inter alios tumulandi modos, & vbi Cadauera reponi ſolent, ſunt ſepultura, monumentum, ſepulchrum, Cemeterium, Sarcophagum, Cenotaphium, & depoſitum; [69] Sepultura enim eſt locus Concauus in Eccleſiaſtico Cemeterio factus, in quo Corpus Catholici quieſcit. [70] Monumẽtũ eſt, quò memoria defunctorum ſeruatur; [71] Cemeterium eſt locus ſepulturis deputatus. [72] Depoſitum vero cæteris breuitate relictis, eſt capſa in alto poſita, in qua corpora defunctorum conduntur, quod hodie eſt ſublatũ [73] Bulla Pij V. [74] Cuius verba ſunt (*Et vt in Eccleſijs nihil indicens relinquatur, idem prouideant, vt capſæ omnes, & depoſita, ſeu alia cadauerũ cõditoria ſupra terrã exiſtẽtia omninò amoueantur prò ut alias ſtatutũ fuit, & defunctorum Cadauera in tumbis profundis infra collocentur.*) [75] quæ limitatur in Cadaueribus Regum, magnatum, & aliorum Principum, nam talia ità ad libitum deponuntur, vt

aſpor-

69 *Sebaſtian. Medices de ſepult. Lauor. var. vbi ſup. cap. 6. Dulf. de ſepult. cap. 4. Samuel. ſepult. tract. 1. controuerſ. 3.*

70 *l. 2. §. ſepulchrum ff. de relig. & ſumpt. funer.*

71 *d. l. 2. §. monumẽtũ*

72 *Cardinal. in clem. 1. q. 4. de ſepult.*

73 *Sebaſt. Medic. loc. cit. nu. 8. Lauor vbi ſupra num. 22. Dulf vbi ſup. n. 19. Samuel. vbi ſup. nu. 29.*

74 *Bullar. tom 2. anni 1566. fol. mihi 185. Murga tract 3. tit. de ſepult. nu. 7.*

75 *Venerus in exam. Epiſcop. tit. de ſepulturis nu. 39.*

aſportentur in locum ab ipſis deſignatū. [76] ex quorum diſtinctione euidenter probatur, ab initio Regium Cadauer Auguſtiſſimi Alphonſi fuiſſe loco depoſiti in dicta capſa occluſum, & in dicta Eccleſia Sācti Dominici in loco alto vbi inſpicitur ſeruatum.

76 Venerus loc. ſup. alleg. nu. 30.

Hoc poſito ad fundandam præſcriptionem, tàm de iure Ciuili, & præcipuè de iure Canonico, cui dicti religioſi Sancti Dominici immediatè ſubijciuntur, plura requiruntur, & maximè principaliter bona fides, & iuſtus titulus, & quod ſit in commercio noſtro, & præſcriptibilis res, ſecundum opinionem omniū Canoniſtarū. [77] ità vt ſi mala fides concurrat nullo modo poteſt præſcriptio currere, [78] & quia hodie verſamur in Iure Canonico, in quo cum mala fide, nunquam currit præſcriptio, quod procedit etiam in vtroquè foro [79] de qua mala fide indiuidualiter in occurrenti casù dubitari nō poteſt, dum ipſimet religioſi dictæ Eccleſiæ, ſeù Cænobij Sācti Dominici iam in anno 1510. agnoſcendo veritatem; illiuſque certiſſimi, iam caput eiuſdem Alphonſi Epiſcopo Cæphalutano tradide-

77 Cap. fin. de præſcript. vbi omnes DD.

78 Cap. ſi vir 34. q. 2. l. bona fides ff. de verb. & rer. ſignific. Cyriac. lib. 3. qq. forenſ. cōtrou. 321. nu. 48. eod. 55.

79 Cap. ſi diligenti, & cap. vigilanti, & d. cap. fin. de præſcript. ex Couarruuia. & alijs tradit Molfeſ. in ſum. Eccleſ. tom. 2. tract. 12. n. 406.

derunt de ordine Regis Ferdinandi, vt ſupra ex hiſtoricis demonſtratum eſt, nec veroſimile eſt, quod dicti Religioſi ex Illuſtri, & doctiſſima Prædicatorum Familia, vbi omnium ſcientiarum, & eruditionum excellentiſſimi floruerunt viri, & ſemper celeberrimi claruerunt authores ignari ſint hiſtoriarum, & diſpoſitionum ſacrarum, prophanarumque legum conciliorum, & rituum; Sciebant autem Regis Alphonſi diſpoſitionem, & cadauera ſupra terram extare non poſſe, niſi eſſent depoſita, nec ignorare poterant adeſſe duarum Reginarum diſpoſitiones, quarum vna in dicta Eccleſią, etiam depoſiti loco iacet v3. Ioanna Quarta; ex qua mala fide numquam potuit currere prçſcriptio ex iurib. ſupra citatis, quodque procedit etiam ſi ſuperueniſſet mala fides, aut ſola dubitatio de iure Canonico nullam, & inualidam reddẽdo præſcriptionem. [80] Quæ mala fides etiam præſumenda venit ex totius populi, & hiſtoriarum publica fama, quæ ex antiquis documentis, & ſcripturis licitè probatur, & poſſeſſorem in mala fide conſtituit, ex quà, etiam in mala fide conſtitute

80 Sayro in Claui Regia tit. de præſcript. lib. 9. cap. 12. nu. 13. & 14.

tute

tuti fuerunt.[81] quà ſtante, nec etiam per mille annos præſcribi poteſt, eo magis in occurrenti facto aſportationis cauſa depoſiti, fictione iuris habetur Cadauer illud, ac ſi nunquam in dicta Eccleſia ſtetiſſet, cum eò animo, ibi inductum non fuerit, ad ibi perpetuo manēdum;[82] quia non dicitur eſſe in illo loco, in quò non eſt ſemper manſurum; hinc præſcribi non potuit, quia inter alia, præſcriptio requirit, acquiſitionem, ſeù adeptionem poſſeſſionis naturalis, & Ciuilis, quæ nūquam fuit acquiſita.[83] Hinc etiam eſt, quod ſicut aliorum negotiorum geſtor non præſcribit ſic.[84] nec etiā alieno nomine poſſidens, prò vt eſt depoſitarius præſcribere valet.[85] nam quæ acquiri nō poſſunt, numquam vſucapi poſſunt, nec qui alienare prohibetur, vſucapere poteſt in præiudicium alterius.[86] & certum omninò eſt rei depoſitæ poſſeſſionem, & proprietatem remanere pænes Dominū depoſiti.[87] Et depoſitarium dici ſimplicem cuſtodem, nullamquè acquirere in rè depoſita actionem.[88] Sicquè cum abſit titulus, aut forma, ſeù modus acquirēdi dominium, & poſſeſſionem impoſſibile,

81 *Bart. in l. celſus ff. de vſu capionib. nu. 18. Maſcard. de probat. cōcl. 753. n. 30. Marquardus Febrero in tract. de fama public. lib. 2. cap. 14. n. 7. & reſpectu publicorum docum. Maſcard. loco qui ſupra q. 75 1. nu. 1. & 2. ex doctr. Baldi, Salyceti, & aliorum Grat. cap. 918 tom. 5. nu. 5.*

82 *l. ex facto 35. §. verumtamen ff. de hered. inſtit. Angel. in l. ſi nec dum n. 1 C. de relig. §. ſacra inſtit. de rer. diuiſ. l. omnes C. de præſcrip. 10. ann. auth. de reb. Eccl. nō alien. §. pro tēporib. coll. 9. Sayrus vbi ſup. n. 8. & 9. Redoban. de reb. Eccl. q. 7. n. 13.*

83 *Bald. conſ. 20. n. 3. vol. 5. d. cap. ſi diligenti, & fin. de præſcript. vbi gloſ. verbo depoſitū.*

84 *idem Bald. conſ. 12. n. 1. vol. 1. in verbo ſepultura nu. 11.*

85 *l. agitur C. de præſcript. 30. annor. Alex. conſ. 228. n. 7. vol. 6.*

86 *Tiraquel. de retra. lignager gloſ. 9. n. 250. & 251.*

87 *l. ſi verum §. 1. in bonis ibi gloſa verb. depoſuerunt cum ſeq. ff. priuileg. credit. cū cōcor. Gloſ. in cap. fin. verſ. culpa in fine verbo item rei*

le, & omni iure alienum eſt, habere locũ præſcriptionem, & dum tractatur de titulo translatiuo dominij in præiudicium tertij, numquam talis titulus præſumi poteſt, ſed eſt præciſè probandus,[89] & eò magis, productis in contrarium vero, ac legitimo titulo, antiquitas temporis in rè per priùs etſi dubia, aut ignota operare non poteſt, & ad præſcribendum.[90] Ex prædicto titulo per PP. Dominicanos prætenſo lex reſiſtit, quò caſu lege reſiſtente, ſeù contradicente, numquam datur præſcriptio,[91] & inſuper quia prædiximus, quod inter alia requiſita præſcriptionis de iure Canonico eſt, quod res ſit in commercio noſtro, & de per ſe præſcriptibilis, ideò non ambigitur, ratione rei in caſu noſtro, præſcriptionem non eſſe decurſam, neque inchoatam; iam enim ſupra fundatum eſt ſepulchrũ, & ipſum Cadauer, eſſe religioſa, quæ vti res ſacræ, & religioſæ, nec ſunt in commercio noſtro, nec præſcribi poſſunt.[92]

Nec etiam præſcribuntur res, in quibus non cadit poſſeſſio, vt eſt pignus, & depoſitum, nam in his datur ſola ſimplex detemptio.[93]

rei depoſita extra depoſiti Mantua ſing. 333. Murga alleg. tract. ſec. 1. tract. 9. §. 4. n. 2.

88 *l. licet §. rei depoſita, & l. lucius depoſiti Franc. Marcus deciſ. 443. Crauett. conſ. 106. nu. 7.*

89 *tex. in l. celſus ff. de vſucap. Maſcard. de probat. concl. 1387. nu. 85.*

90 *Maſcard. vbi ſupr. nu 63. cum ſeqq.*

91 *Cap. 1. de præſcript. in 6. Megal. var. reſol. reſolut. 164. tom. 2.*

92 *§. ſacra inſtit. de rer. diuiſ. l. omnes C. de preſcript. 40. ann. auth. de reb. Eccl. non alien. §. pro temporib. colla. 9. Sayr. vbi ſup. n. 8. & 9 Redohan. de reb. Eccl. non alienan. q. 7. n. 13.*

93 *d. cap. ſi diligenti. & fin. de præſcription.*

Et

Et in ſpecie quod recipiens Cadauer, prò ſepelliendo in loco depoſito à defuncto non electo, nullo modo præſcribere poteſt, tradunt pro regula generali grauiſſimi Canonum Doctores, & præcipuè Panormitanus, & Summa Silueſtrina;[94] per hæc verba(*generaliter recipiens aliquem ad ſepulturam in caſu non conceſſo tenetur reſtituere Corpus ſi petatur non ſolum recenter ſepultum, ſed & poſt, ità vt ſola oſſa ſupereſſe videantur; ſecundum Panormitanum in cap. liberum extra eodem; quicquid ratione illius Corporis perceperit, & hoc ratione mala fidei ſecundum gloſ. in dict. cap. liberum*) obſeruando igitur illud verbum (*poſt*) neceſſaria venit conſequẽtia præſcriptioni nõ eſſe locũ, quod antiquitus practicatũ fuit etiam in ſacra ſcriptura; ut legitur apud ſacras paginas: nam Ioſephi Patriarchæ Corpus mortui in Ægypto anno mundi 2398. qui etſi iuſſerit, & iureiurando præceperit aſportari in Chanaan, tamen eius voluntas non fuit exequuta, niſi in anno 2544. poſt temporis decurſum centum quadraginta quatuor annorum.[95] quod neutiquam apparet, in rè, de quà agimus, nam ſicut

94 *Summa Silueſtrin. p. 2. verbo ſepultura n. 11.*

95 *Salian. tom. 2. annal. veteris teſtam. in vita Moyſes in anno mundi 2544. fol. mihi 77. nu. 145.*

in facto fundauimus ab anno 1594. quò Cadauera fuerunt translata, & in decentiori, & sublimiori sacrarij loco deposita, septuaginta duo vix sunt elapsi anni, vsque hodie, quò petitur ipsius depositi Cadaueris restitutio.

Ex quibus luce meridiana clarius fundatis, nullatenus de præscriptione amplius disputari posse lippis etiam patet, dum iuribus, & rationibus supra positis, satis & superflue multipliciter probatũ sit, nullam vnquam fuisse præscriptionem, nec præscriptionis terminos reperiri, aut excogitari posse in casù nostro; dicimus, & & deniquè, quod quoties PP. Dominicani in hoc insistere vellent, (quod non credimus) non veros, & religiosos Cadauerum conseruatores, sed potiùs sepulchri violatores vocãdos esse: scitum est enim Cadauera, & sepulchra violanda non esse, & multipliciter violata dici possunt: namquè demolitione, habitatione dolosa, & translatione illegitima.[96] Sed quia non est nostræ quæstionis de alijs violationibus verba facere, sed tantum de illegitima translatione, quæ est quando Cadauer confertur in sepulchrum contra de-

96 Lauer. vbi sup. c. 7.

defuncti voluntatem,& tunc taliter inferens,sepulchri violator dicitur.[97] & à pari dicitur licita translatio, quando fit à loco,vbi Corpus est depositum,seù commendatum in locum electum.[98] & tantæ uis est ista actio ob receptum Cadauer ab Ecclesia non electa, quod quocumque modo reperitur sepultum Cadauer in loco nō electo, sēper Ecclesia electa à defuncto prò eius humatione, statim agere potest ad restitutionem, etiam si ossa supersint, vna cum omnibus oblationibus.[99] ideòque semper magis confirmatur, quod in prædicta rè deposita, vel commendata stante euidenti mala fide, contradicente titulo, & stante re de natura sua impræscriptibili nulla speranda est præscriptio.

97 *Lauor. vbi supra n.19.*

98 *l.3.ff. de sepulc. violat.d.c.7.*

99 *Cap. cum liberum 6.de sepulcr. vbi Barb. Lauor.allegat. loc. cap. 9.n.121.*

Iam etiam patefecimus modum, quò ab initio fuit dictum Regium Cadauer depositum in anno 1494. in dictam Ecclesiam Sancti Dominici translatum ab arce Lucullana occasione sepulturæ Regis Ferdinandi eius filij, ac etiam obseruauimus Capitis diuisionem ex restanti Cadauere, illiusque traditionem factam ab ijsdem Patribus Sācti Dominici Epi-

scopo

ſcopo Cephalutanò de anno 1510. prò vt etiam probauimus amotionem dictorum Regiorum Cadauerum de vno loco ad alium, neceſſitate ſolum vrgente in anno 1593. annuente Illuſtr. Comite Mirandæ, tunc Regni moderatore ad inſtantiam Regiæ Cameræ, in ijs annotando diuerſorum locorum mutationes prò tutiori, atque decentiori eiusdem Cadaueris detentione, & hæc omnia ex clarioribus Hiſtoricis, aut publicis documentis, & duarum enixis Reginarum vltimis elogijs ſic atteſtantibus; ex quibus omnibus legitimi depoſiti natura cognita eſt, nec contra dictum legitimum, & formale depoſitum ponderari, aut præſumi poteſt aliqua conceſſio ſpecialis, aut nouatio in beneficium dictæ Eccleſiæ Sancti Dominici; cum vulgatum, & non ignoti iuris ſit, ſupremam ſeù vltimam voluntatem, nec per Principem immutari poſſe, quod etiam ſeruatum fuit apud Gentiles, dum ordinante Tiberio Cæſare quod legatum Trebianis factum à quodam defuncto in opus noui theatri in publicam viam deſtinaretur; Senatus noluit commutare; iuſta Suetonij dictum,

cu-

[100] cuius verba recensemus (*Iterum censente , vt Trebianis legatam in opus noui Theatri pecuniam ad munitionē viæ transferre concederetur,obtinere non potuit , quin rata volũtas legatoris esset*) quod eo magis procedit , si tractaretur de sepultura commutanda à defuncto electa , quò casù nisi maxima , & enixa vrgente causa , seù necessitate Summus Pontifex , consensientibus tamen expresè hæredibus , ac religiosis illius Ecclesiæ , in quà fuit electa sepultura,potest dispensare:prò vt inter alios grauissimus Author de commutatione voluntatum speciali tractatù satis longè verba faciens ; cuius dicta , quia ad materiam conferunt hic rescribere libet . [101]

100 *Sueton.Tranquil. in vita Tiberij Cæsaris cap. 31. Couarrunias tom.2.var.resol. cap.6. nu.4.& 6.lib.3.*

101 *Moneta de commut.vltim.volunt.cap. 5.nu.399.*

Quod autem dictum est de translatione Cadaueris traditi sepulturæ , statuẽdum quoquè proportionabiliter erit de mutatione sepulturæ ab aliquo electæ in sua dispositione , siuè inter viuos,siuè causa mortis quam uulgo vltimam voluntatem appellant , vt nimirum sepultura electa ab eo qui eligere potuit non possit post eius mortem ab Episcopo mutari nisi ex magna causa,& consensientibus eius hæredibus, necnon Clericis aut Reli-

giosis

giosis, in quorum Ecclesia defunctus elegerat sepulturam; pròut satis constat ex cap. 3. quod incipit fraternitatem, & cap. cùm liberum de sepulturis; possit autem id fieri à Papa ex qua vis causa prædictis omnibus consensientibus, quod si facienda ab eo sit inuitis hæredibus, vel Rectoribus Ecclesiarum, vbi electa est sepultura magna causa exigetur, si autem vtrisque inuitis adhuc maior causa requiretur: in primo enim casù solum agitur de mutanda defuncti voluntate; in secundo etiam de præiudicio vnius plurium vnius rationem habentium; in tertio autem casù agitur quoquè de præiudicio, seu interesse plurium personarum, quæ vnius rationem non habent. hactenus dictus Author,) quod etiam apud Summos Pontifices tanti ponderis fuit, vt legamus temporibus Regis Caroli Primi: Clementem IV. Summum Pontificem inspiciẽdo dictum Carolum protrahentem adimplere vltimum voluntatis elogium Reginæ Beatricis eius vxoris, quæ eius Cadauer in Massiliam traducendum mandauerat, vt in Ecclesia Diui Io: Hierosolymitani, vbi & Raimundi eius Patris Cadauer humatum erat, sepelliretur; Apostolicis li-

teris

teris Carolum præcisè monuit, vt vxoris voluntati omninò pareret, & ſtatim obtemperauit, talem exequendo voluntatem; prò ut teſtatur Abrahã Zouius eiuſdem religionis Dominicanæ grauis author cuius verba ſunt. *Vt teſtamentum Beatricis prioris coniugis nuper defunctæ exequeretur, corpuſque illius in Eccleſia domus hoſpitalis Sancti Ioannis Hieroſolymitani, in qua etiam Corpus Raymundi Comitis eius patris reconditum iacebat, quemaddum illa diſpoſuerat ſepeliendum curaret admonuit,*[102] tãtæ ſolicitudinis fuit apud Sũmos Põtifices ſeruari mãdata teſtatorum præcipuè de electione ſepulturæ, vt Reges ipſos proprijs literis compellere voluerunt; ſic ſperamus, Clementiſſimum verè noſtrum Pontificem Clementem VIIII. ſummam negotij iuſtitiam inſpecturum eſſe, ac inſignem pietatem ſublimis D. Petri Aragonei Principis erga Auguſtiſſimi Alphonſi Aragonei Regis gentilis ſui veneratam memoriam, vt exoptatas nobiles anteceſſoris reliquias in Gẽtilitiam, ac nobilem, Regiamq; S. Mariæ de Populeto Cathaloniæ

102 *Abraham Zouius tom. 13. annalium anno 1268 fol. mihi 750. col. 1. Chioccarellus de Epiſcopis, & Archiepiſcopis Neapol. in diario 1277. fol. 175. & àter. & in regiſtro Regis Caroli Primi anno 1274. lit. B. fol. 42. àter.*

niæ Ecclesiam transferat; iuxtà eius enixam dispositionem; vbi cæterorum Serenissimorum Aragoniæ antecessorum Regum ossa quiescunt: Et hæc, quæ in subseciuis nostri officij horis elaborauimus; Iustitiæ Magni Aragonei Principis nostri Regni suauissimi, ac peruigilis moderatoris vota sint; Cuius reticemus laudes, Demostenis exemplo, qui Coram Philippo obmutuit, & magis obmutuisset si de Philippo dixisset. Datum Neapoli die 15. Octobris 1667.

